

A Corn. Epicadus, L. Corn. Syllæ libertus, calatorque sacerdotio augurali, filio ejus Faustio gratissimus fuit. Quare nunquam non utriusque se libertum edidit. Librum quem Sylla novissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse supplevit. Suet. c. 11. de illust. Gram.

Avr. Opilius, Epicuri cujusdam Rom. libertus, Philosophiam primò, deinde Rhetoricam, novissimè Grammaticam docuit. Ejus lucubrations enumerat Sueton. cap. 5. de illust. Gram.

Servius Nicanor, Marci libertus, primus ad formam doctendique dignitatem pervenit: scriptique præter commentarios, Satyram quoque, ut testatur Suet. de illust. Gram. c. 4.

Q. Cæcilius Epirota, Tusculli natus, Attici Satrii equitis Romani libertus, primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primisque Virgilium, & alios Poetas novos prælegere cœpisse. Refertur inter illustres Grammaticos à Suet. cap. 15.

Val. Caro, Burseni cujusdam libertus, ex Gallia, insignis Grammaticus, & Poeticæ præceptor. Suet. de illust. Gram.

Volacilius Plotus, rhetor Latinus, Pompeji Magni libertus, ludum Romæ aperuit. Euseb.

Verrius Flaccus libertinus, docendi genere maximè claruit. Namque ad exercendum illius discipulorum ingenia, æquales inter se committere solebat, proposita non solum materia, quam scriberent, sed & præmio, quod victor auferret. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus præceptor electus est. Docuit deinde in arto Carilina, ubi septuaginta centena in annum accipit. Suet. c. 16.

Laurea Tullius, Ciceronis libertus, cujus de balneis epigramma legitur apud Plinium.

Tito Tullius, M. Tull. Cicero libertus, tribus voluminibus ejus vitam descripsit. Pedians.

L. Crassianus, genere Tarentinus, Ordinis libertini, cognomine Pafides, mox Paulam se cognominavit: veritatis est circa senicam, dum mimographos adjuvat. Deinde in perguia docuit, donec commentario Socræ edito inclaresceret. Sueton.

Attejus, Atteji Capitonis libertus, scripsit libros Philologiarum quem postea Tiro-Tullius, Plinius, Macrobius, Capella, Boetius, Latinorumque alii sunt imitari: ex Græcis verò Athenæus, Paulianus, Elianus. Volat. lib. 24. Anthrop.

Eutyclus libertus, & auriga Agrippæ, cum aliquando Agrippam audiret precantem Tiberi. Imp. ut quamprimum principatus locum Cajo nepoti, qui secum in læticia vehebatur, tanquam digniori cederet: voces illas, ob furum vestis Capræe derentus, Tiberio recensuit. Unde statim Agrippam in vincula duci iussit, ut vix, & demum post mortem Tiberii solutus fuerit à Cajo. Joseph. lib. 18. c. 8. Antiq.

P. Cætenus Philotinus, libertus, hæres omnibus bonis institutis concecit se in rogum patroni. Plin. lib. 7.

Tyrannion Junior Amyfenus, Ebrai Amyfeni grammatici discipulus, à Lucullo è Phœnicia captivus Romam ductus, à quodam Diamante Cæsaris libertus emptus, deinde dono datus Terentia Ciceronis, ab eaque liber factus, ludum Romæ aperuit, teste Suida. Volat. lib. 20. Anthrop.

Puer formosus captivus, & venalis Brundisii cum aliis quibusdam à venalitiis (sive quodam portitorum libidinem vehebant, sive hoc animò, ut publica non solverent pro eo, quem sciebant à publicanis magno aestimatum iri) bulla ornatus, & toga prætexta indutus, ubi Romam venit, peritus est in libertatem, quia domini voluntate in libertate fuisset. Suet. de Rhet. & Quintil. declarat. 30.

C. Melisius Spoletinus grammaticus, muneri datus Mæcenati, ac manumissus ab eo. Tranquill. de illust. Gram.

L. Tabernus Heros emptus de castro, propter literarum studium manumissus ab hero, docuit inter ceteros Brutum, & Cassium. Quem tanta honestate præditum dicunt, ut temporibus Syllanus proscriptorum liberis gratis, & sine mercede in disciplinam redegerit. Tranquill. de illust. Gram. c. 12. Alii Hieram vocant.

Scribonius Aphrodisius, Orbili servus, propter insignem eruditionem, quæ præditus erat, à Scribonia Libonis filia, quæ prius Augusti amator fuerat, redemptus, & manumissus est. Tranquill. 18. Docuit quoque Verris tempore, cujus etiam libros de Orthographia rescriptit, non sine insectatione studentium, ejusque morum.

Narciscus, Claudii Cæsaris libertus, Messalinæ incestu finxit se somniasse, Appium Sylvanum (quem ob denegatum

conubium Messalina persequatur odio) Cæsaris interfectorem fore. Eo signento Appius ab Imp. occisus fuit. Xiph. in Claudio. Ejusdem liberti Pallas, & Callistus ad maximas opes pervenerunt. Pallas enim vicies quinquæ centenas millibus dives fuisse à Plinio refertur. lib. 33. c. 10.

Ida Decii Mundi liberta, quæ Paulinam Saturnini Rom. patriciam matronam pudicissimam mundo conciliavit, prætextu nuptiarum sacerdotis Anubidis. Joseph. lib. 18. Antiq.

Phaon, Neronis Imp. libertus, cum eo desperatis omnibus rebus aufugit, eique fuasit, ut in speluncæ arenæ se conderet. Sueton.

VESPASIANUS constitutione cavuit, ut si serva mulier hæc lege veniret, ne prostituere: si contra legem venditionis prostituta foret, ut esset libera, prostituenteque jus patronatus non haberet. Alex. lib. 4. cap. 22.

Posteaquam tyrannides grassari cœperunt, fervorem libertas augeri viâ est, ac dominorum imminui potestas: maxime Tiberi temporibus, qui statum servis asyllum proposuit, ut apud Ephesios Diane templum, apud Athenienses Thecis sepulchrum, apud Cyrenenses statua Ptolemei, Postea nec libertas dominis est cepta, temporibus Adriani, ac tyrannide premente, servi à dominis cœperunt metu, ne illos apud Tyrannum majestatis inculerent.

Turci prudentiores, servos ut retineant, pacto & termino servitii statuto, judici ordinario illius loci præsentant, acceptaque syngrapha de libertate assequenda securos reddunt. Exacto tempore servitium, judex Imperiali auctoritate donat libertatem literis publicis. Tum licebat olim patriam petere. Nunc non licet, etiam assequuta libertate, sed liberum est in Turcia quæcumque negotia obire: quandoquidem in itineribus impediuntur edicto regis, ne patriam petant.

SOLEYMAN Turcarum Imp. ex duabus servis Circaffa, & Rossa, aliquot liberos procreavit. Rossa suis liberis imperium austrere cupiens, mirabili dolo usâ est. Mupleum sacrorum principem apud Mahometanos certorem facit, constituisse se in honorem Dei, & Mahometi prophete templum cum Xenodochio extruere: dubitare, an Deo gratum hoc ipso factura esset. Respondit ille: Gratum quidem id fore Deo, non tamen in Rossa, sed in Solymani, cujus sumptu ipsa upote serva ædificaret, saltem cessuram. Astuta mulier suam formem detestari, cibo potuque abstinere, æternas penas metueret cœpit. Solymanus cum amore incredibili eam prosequeretur, diplomate misit libertam esse voluit. Illa templum ædificavit, & Solymanum ad se, ut ante, commare cupientem, libertatis obiecto privilegio detecit. Turcis enim cum serva licet, cum libera extra conjugium rem habere, piculata est. Amore ejus ardens Imp. contra morem Othomannorum principum, eam sibi matrimonio junxit, quinque aureorum ducentorum millibus annuis dotis nomine assignatis. Asian. Centor. lib. 6. com. bellorum Transyl.

LIBERTAS CONSIDERATA RESPECTU AGENTIS, SEU LIBERTANTIS.

QUI LIBERTATIS AUCTORIS.

Libertas cum diversis respectu considerari possit, idem exemplum ad diversos titulos reduci potest. Prout ex præcedentibus titulis iste illustrari potest, arguere debet. In illis Libertas materialiter & formaliter, hic vero secundum auctores suos perpenditur.

PROPRIA LIBERTATI INDUSTRIA.

Consule Tit. Prudentis & Astutia in libertate comparanda supra.

BENADAD Syria Rex magnam manum equitum miserat, qui Euseum Prophetam Dothane comprehenderent: eum enim omnia sua secreta confissa Israëlarum Regi indicare sciebant. Manè Euseus per medios hostes egressus, ut se sequerentur, iussit, cæcitateque illis incedit, in mediam duxit Samariam. Joram autem rege eos tanquam hostes vincere, & interficere volente, prohibuit, utque eos convivio exceptos dimitteret, imperavit. Lib. 4. Reg. c. 6.

Tempellate factus Agamemnon, delatus est in Cretam, ingressusque Polyrrhenem (nam id est Creta insula oppidum, ab ovium copia sic appellatur, auctore Stephano) rem divinam fecit. Interea verò captivi consentiens servitus aufugerunt. Quæ res cum illi renunciaretur, navis dimidiatum, &

A & imperfectum sacrificium, & jam incensam victimam reliquisse, curriculumque ad maris litus properasse, perturbatus majorem in modum, animoque confertus. Ibi vix unam pererrisse navem reliquam, qua deventus est, multum imprecatus malorum ejus insulae cultoribus. Unde si qua res per tumultum ac turbulenti fieret, & proculdubio, id est, Cretense sacrum vocabant. Erasm. ex Zenodoto.

Molchorum principatus amplius ille quidem, verum Tartaris, qui trans Rha five Volgam fluvium incolunt, obnoxii ac tributarius usque adeo fuit, ut legatis Tartaricis, atque etiam veterariis tributum petentibus, vel alia quavis de causa venientibus, cum equis veherentur, dux ipse pedester obviam prodiret, & lactis equini (qui porus est Tartaris gratissimus) poculum venerandum porrigeret: si qua gutta inde in jubam equi deflillaret, eam lamberet: interpetri legenti literas Imperatoris selectam vestem sabellinam subterneret: ipse cum proceribus eas legi audiret, genua flecteret: nec illum tyranni imperium detrectaret, etiam si bellum contra Christianos foederatos, ut necessarios suscipere justus esset. Hanc tam duram servitutem Joannes Dux, circa annum Chr. 1478. vir magni animi, & acer, cum ferre non posset, uxore Græca magis etiam hominem incitante, sumptis armis excussit: finitimos etiam Russorum principes conanguineos suos astu magis, quam armis subjugavit. Cron. lib. 29.

ALIENA OPE LIBERTATI. A Deo.

Vide Tit. A condemnatione, & carceribus liberati.

Auctor Metensis Episcopus, captivus abductus est, sed Hunnis cæcitate percussus, cum captivus suæ urbis liberatus est. Siegel. in Chron.

REGIBUS.

NERO universæ Achajæ libertatem dedit, Græciamque liberam dimisit, & nationes Alpium maritimas in jus Latii transtulit. Alex. lib. 4. c. 10.

DUCIBUS.

T. QUINTIUS FLAMINIUS superato pugna Philippo Rege Macedonum, isthmus per præconem pronuntiavit, jubere se Græcos liberos esse, & immunes suis legibus. Quotquot cives Romani bello Punico capti in Græcia serviebant, hos in capita drachmis quingentis redemptos ei dono dedere, qui manumissorum more pileati currum secuti sunt triumphantis. Plut. in Apoph.

ORATORIBUS.

ALEXAND. Macedo, Thebis expugnatis, ab Atheniensibus Thebanorum locis, extemplo depoposcit per legatos ex oratoribus octo hostes: Demosthenem, Polyuctem, Ephialtem, Lycurgum, Miroclum, Damonem, Callisthenem, Charidemum, qui Græcos denud ad bellum inflammarant. Ibi fabulam Demosthenis recensuit de ovibus, quemadmodum lapis canes dissident, quæ se sociosque canibus assimilavit pro populo propugnantis, atque Alexandram Macedonem unicum lupum appellavit. Adjectit etiam: Ut mercatores videmus, cum in patella circumferantur specimen, per grana tritici pauca magnam distrahentes numerum: ita una nobiscum vos omnes nec opinantes ipsi proditis. Consulstantibus Atheniensibus, neque expedientibus, Demades quinque talentorum ab illis mercede accepta, legatum obtulit se iturum, & deprecatorum pro iis ad regem, sive amicitia ejus feres, sive sperans expletum se reperiturum, velut Demadem cruore exaltatum. Induxit regem, eripuitque illos Demades, ac reduxit cum eo in gratiam civitatem. Plut. in Demosth.

INIMICIS.

DEMETRIUS Poliorcetes classe Ptolemei Regis superata, eorum, qui ceciderant, corpora magnifice sepeliri, captivos autem omnes liberos abire iussit. Plut. in ejus vita.

TIBERIUS GRACCHUS, Trib. pl. L. Scipionem Asiaticum, superioris Africani fratrem, peculatus accusatum, & damnatum, à duro generis supplicio liberavit, quamvis hæcenus Corneliorum tantis acerrimus inimicus fuisset. Plut. in Tiberio.

Filius P. Scipionis Africani jam inde ab initio belli Asiatici à Chalcide Oricum petens exploratum consilia hostium, captus fuit ab Antiocho Rege Asia, & ab eodem ad patrem Eleæ ægrotatum remissus. Ea indulgentia regis gratissima (ut pat erat) Africano fuit, visusque ex longo intervallo adulescens, animum ejus sollicitum, & corpus ægrum magno opere recreavit. Verum P. Scipio, ut aliquod gratianimi indicium præ se ferret, per legatos, qui ad eum venerant, L. B. Theatr. vit. Human. Tom. II.

amplissimas gratias Antiocho egit pro filio ad se remisso: E deinde cum monuit, ne prius in aciem descenderet, quam se ab Elea in castra revertens sciret. Auctor vitæ Scipionis. Mulieribus.

SIGISMUND. Ungar. Rex, post Nicapolitanam cladem à Turcis acceptam, funestis suorum odiis peritus, & à proceribus, sub officii prætextu eum ademptibus, captus, Nicola Garæ Palatini, Sigismundo olim ejusque uxori Mariæ fidei, filius commissus fuit. Horum mater, vices regis miserata, cum iis de liberatione egit. Dataque acceptaque fide, Sigismundus illis Moravia dominatum pollicetur. E sententia omnibus concessis. Sigismundus in Moravia primò, deinde in Boemiam pervenit, & conjurato oppressit. Bonf. lib. 2. Decad. 3.

QUOMODO. LIBERTATIS Instrumenta. Liberati.

PRECIBUS, INTERCESSIONE, APUD DEUM.

Ex Tit. E. Carceribus liberati, hic quedam.

Quadi, Vandali, Sarmatæ & Germani exercitum Rom. M. Antonini Imp. locis aridis penè incluserant, ut siti vel perire, vel iniquissimas pacis conditiones admittere cogere. Ajunt, tum Christianam legionem, genibus flexis divinum auxilium implorasse, & imperato imbres castra propemodum æstu struque cuncta refecisse. Quæ quidem causa fuit, cur Imp. impoiterum Christianis æquior fuerit. Terr. in Apol. Gentiles quoque miraculi hujus mentionem faciunt, sed in Julianum Chaldeum, alii in Amphin Egyptianum magum referunt, Claudian. pietati & religioni Imper. Marci tribuit. Uique adeo veritatis, & vaser est: demon in divinis beneficiis vel obcurandis, vel pervertendis. Euseb. lib. 5. c. 5. & Suida.

HOMINES.

ABDEMELECH Æthiops, cum Hieremias propheta missus esset in lacum leonum, in quo non erat aqua, led lutum, impetravit à Rege Sedecia, ut extraheretur. Hier. 38.

PEKAH, Israëlarum Rex, magna strage Achaz Judæorum Regem vicerat, cæsis 120. millibus, & ducenta millia captivorum Puerorum atque Mulierum abduxerat. Monitu tamen Obed Prophete, captivi in columnas domum suam remissi. si. 2. Paral. 27. & Joseph. lib. 9. Ant. c. 13.

Cum Aidoneus Molossus Herculem hospitio accepisset, & sermonem forte intulisset de Theseo & Piritho, quæ successissent facinora, & detecti cum fuissent, quid essent passus: tulit graviter Hercules alterius turpem exitum, & alterius periculum. Ac de Piritho quidem non putavit operæ pretium facturum expostulando, verum hoc postulare beneficii, ut concederet sibi Thesea. Annuente Aidoneo, liberatus Theseus vinculis, Athenas est regressus, nondum profusus amicis ejus oppressis. Ac quæcumque delubra ante sibi fuerant à civitate assignata, cuncta Herculi, quatuor demptis, sacravit, dixitque pro Thecis Heraclea, ut auctor Philochor. est apud Plut. in Theseo.

PRETIO, REDEMPTIONE. LIBERTAS redempta.

Publica. Pax redempta ab hoste.

ARTAXERXES Rex, postquam obventa per Pharnabazum & Conana Atheniensem apud Guitidum navali victoria, maritimo imperio exiit Lacedæmonis, convertit ad se pendit totam Græciam, adeo ut celebrem illam pacem Græcis, quæ appellata est Antalcida, in quibus velle conditionibus daret. Fuit Antalcidas Spartiatis, Leonis filius. Hic regis studiosus efficit, ut ei urbes Græcæ & insulas, quæ contribuant Asia, permitterent Lacedæmonis, pace cum Græcis facta, vechigales possidere: si probrum Græciæ & proditio pax appellanda est, qua bellum nullum facidiorem videtis atulit exitum. Plut. in Artax.

Romani in Capitolio obsessi, & longa inedia confecti, quum infirma corpora atmorum pondere obruerentur, nec auxilia alicunde adesse cernerent, vel redimi, vel dedi se quacumque pactione decreverent: nam & Galli jactabant incedendum fieri posse, ut tolerabili mercede obidionem solverent. Tum Tribunus militum à senatu datum est negotium, ut cum hoste rem suo arbitrio transigerent. Colloquio inde inter Brennum regulum, & P. Sulpitium Tribunum militum habito, ita inter se pacti sunt, ut mille pondo auri se populus Romanus redimeret, Brennus ut be, & Romanus agros decederet cum exercitu. Fama est Nnn 2 præ-

A presentu indignitati aliam Gallos adieffe, iniquis ponderibus in medium prolatis, Sulpitioque ea recuante, superadditum his gladium, audacitate intolerandam Romanis vocem, Væ victis; sed cœlesti providentia factum, ut Romanum nomen ea perpetui dedecoris nota non fit insum, ut gens quæ latè erat impetrata, auro serviliter redimeretur. Nam dum per altercationem tempus teritur, priusquam aurum sit appensum, Camillus dictator affuit: tum auro ejus iussu è medio sublato, ut Galli se ad prælium expediant, edicitur. Inde inter senturta tecta, ut locus quique erat ad pugnam utilis, acie disposita, cum irato hoste configit. Hic haud majore momento, quam ad Aliam vicerant, Galli prælio victi sunt. Urbe inde egressi, Cabina via ad octavum lapidem atrociores sunt pugna afflicti. Castra capta: cædes ad omnia obtinuit, ut ne nuncios quidem tantæ cladis superfuisset. *Sab. lib. 1. En. 4.*

JULIANUS mortuo, Jovianus Imp. electus, dum exercitum fame pressum ex Persis reducere conatur, icit sedes non sine calamitate Romani imperii, ut quinque Provincie Transigrænanæ, quas vidus Galerius Maximianus acceperat, restituerentur, cum iis Singara, & Nisibis clarissimæ urbes, ac castra Manrorum, & pars Mesopotamiæ, sola Cresiphonte servata. Cum aliud civis ex iis urbibus iussi essent migrare, ab eis ejulantibus passim maledictis Imp. lacerabatur. Et sic fines veteris imperii, invidis Romanis, non sine dispendio innovati sunt. Quibus exitiale aliud accessit, & magis impium, Vetus est Pop. Rom. Arfaci Regi Armeniæ fido ac amico auxilium contra Persas ferre, ad quod nunquam antea coactus est. Illud autem fiebat, ut minis Artaces caperetur illis, & Parthi facilis latus Medorum raperent, & inde Armeniam invaderent. Visa tunc est libertas victicium armorum corruiße. Sic istum est ignobile fœdus ad annos xxx. & religio sita utriusque gentis firmatum, nobilisque insuper dati tribuni obfidis. *Cass.*

Adversus Persas Nicephorus Imp. ignavus turpi nefarioque fœdere sibi prospexit, pro incolumitate imperii triginta milia numum aureorum, pro salute capitis sui tria milia, in singulos annos paciscens, oblati insuper multis, & magnis muneribus. *Cass.*

ANASTASIUS Imp. Manichæus Vitalianum Thracem, qui Cæsar annis militiæ præerat, Constantinopolim obfidem, nonentis auri ponderibus placavit.

Cum Henricus Germanorum Imper. Alexium Angelum Commenum Imp. Constantinopolitanum ob Siciliæ regnum bello peteret, tributumque exigeret, Alexius, cum subditi ac sacerdores sacrum argentum denegarent, majorum sepulchra omni pretioso ornata ad centenarios argenti, & auri septuaginta spoliavit, pacem redempturus. *Nicetas.*

Carolus Calvus Francorum Rex, ann. 869. quum Normanni regno ejus intolerabiles imminerent, quater mille auri talenta depactus est, ut incendiis, prædiis & cædibus abstinerent. Indictum tributum, de quoque manso ingenio denarii sex, de servilibus, de accolis unus, de duobus hospitiis receptus unus, & decima de mercibus negotiatorum, sed & de presbyteris, & principibus regni exactum. Inde verò de singulis mansis, tam ingenio, quam servilibus, denarius unus. Et quum neque sic summa conficeretur, duplicatum tributum in argento, auro, & vino constituto. Mancipia insuper à Normannis capta, quo profugerant, aut reddita, aut redempta. Et si quis ex Normannis casus esset, magno ere luebat. *Cyano.*

1242. *Norvegia, c. 6.* Sub Carolomanno XII. milia argenti talenta pacti abituros se pollicebantur, datis invicem obfidibus. Trans Scaldim profecti, urbes, oppida, castella, monasteria, Ecclesias magna calamitate affecerunt. Itaque post Pascha Franci, ut æta promissa persolverent, Ecclesias & ecclesiastica mancipia spoliavit. *Idem cap. 11.*

Quum Ludovicus Germaniæ Rex Concilium procerum in urbe Mediomatrici ageret, Sigfridus & Halbdanus fratres, Reges Cimbrorum, magnum auri pondus, & argenti puri putique, amensique Regi Germaniæ donarunt, supplices pacem, & amicitiam petentes, & se in tutelam Ludovici commendantes. Aurum & argentum ex composito in solum abjectum, pedibus commeanctium remeantiumque passim conculcatum. Rex enim in manus acceptum, dum micronem capulo admovere conatur, rumpit. Mox alium Danus porrigit, quem, quod mollius ferrum erat, intendit, & sine noxa remittit. Tum Cimbrici: Faxit Deus (inquit) ut & nostris rebus magis ferrum, quam aurum cordi sit. Inde fœdere percussio pax facta utrinque est. *Avent. lib. 4. Ann. Bojorum.*

A Toxi Ungarorum Rege Albertus Berengarii III. Italiæ regis F. & precibus, & decem argenteorum numorum modis Italiæ excidium redemit. *Bonfin. lib. 10. Dec. 1.*

Privata. Privati ab hostibus redempti.

Consule Tit. Libertatis in redemptis captivis. PODARCES Laomedontis F. evertit Troja ab Hercule, captus à Talamone, & mulieribus mundo redemptus ab Hefione, liberatus fuit. Hefiones ipsa in Greciam cum Telamone abiit. Itaque suo tunc opus dicitur, Priami nomen in posterum obtinuit. *Eustath. in Illiada.*

Urbs est in Phrygia, quam Antandron nominant, in qua regnum tenuisse Alcanium proditur, & sic nominatam, quod cum esset à Pelagis captus, ea se redemit: idem Antandrus quasi ævi dicitur, hoc est, pro Alcanio. At Dionysius, Alcanium scribit, cum in ea regione imperasset, reductis ab Heleno Hæctoris filius in Ilium, eodem reverit fuisse, expulsi Antenoris liberis, quos ibi Agamemnon didicendis præfecerat. *Lud. Vives in Lib. 18. Arg. de Civ. Dei. 19.*

Lacedæmonii redemi patiebantur Hostium singulos binis minis. *Herod. lib. 6.*

Inter Rhodios, & Demetrium Poliorcetem, urbem obfidem, convenerat, ut inter fœdæ pretium liberationis daret, pro libero homine mille drachmas, pro servo quintas. *Diod. lib. 20.*

Q. Ter. Culeo, senator Romanus, captus à Carthagenensibus, redemptus est ab Africano majore, ac currum ejus cum pileo capiti imposito secutus. *Liv. lib. 10. de 2. bello Punico.*

T. Quintium Flaminium in triumpho subsequuti sunt pileati omnes Romani, quos in bello capros, & apud Grecos fervientes, drachmis quingentis singulos redemptos ipsi dono dederat. Cujus meminit T. Livius lib. 4. de bello Maced. *Erasm. in Adagio.*

Tempore Andronici junioris Imp. Scythica quedam mulier Christiana cœlebs, quemdam à Thraciis captivum, quem ante suas fores traduci videbat, emit, cique nupsit. Exacto autem anno, quum jam dux eos ex liberis suscepisset, prior mariti uxor captiva adducitur, qua ille conspicit, ilachrymavit. Scythissa lachrymarum causa intellecta, mulierem emit, ut & domestica munia obiret, & sui præsentia dolorem marito mitigaret. *Gregoras lib. 10.*

Alexius Angelus à Turcis captus, & à Fratre Isaacio magno auri pondere liberatus est. *Polar. lib. 23. Anabrop.*

Templarij milites, ut aut videret aut mori in bellis contra Saracenos dicerent, si forte caperentur, solo cingulo, & cultello redimebantur. Itaque cum Saladinus pro redemptione sui nepotis magistrum templi Christiani offerret, graviter magister ille contradixit: Non, inquit, esse consuetudinis militum templi, ut aliqua redemptione daretur pro eis præter cingulum, & cultellum. Et in vinculis mortuus est. *Sigeb. continuator.*

BALACHUS Turcicus princeps Antiochenos depopulatus, Joscelinum Edifæ Comitem, & Ducem Galeranum, captos carceri tradidit. Balduinus Rex Hierosolymorum, qui afflicto auxilio venerat, cum nocte quadam, paucis eum comitantibus, loca illa perstraret, ab hoste intercipitur, & eodem cum Joscelino & Galerano carcere in quadam arce concluditur. Quinquaginta Armeni, viri fortes, & audaces, monastico habitu induti, arcem illam accedunt, & in præfecti conspiciunt, de gravi sibi illata injuria questuri, se admitti petunt: voti sui composites facti, quas sub vestibus occultarunt, præfidiarios milites trucidant, victoresque liberant. Joscelinus, ut copias in subsidium cogat, & adducat, emittitur. Vicini Turcæ ad arcem accurrunt, regem cum cæteris exitu prohibent. Balachus eadem nocte somnium, quo à Joscelino oculos excipuli sibi vidus fuerat, exteritio, mox capite plecti missis nunciis eandem jubet. Sed cum rei gestæ veritatem ex iis redeuntibus cognovisset, subito exercitum conscribit, arcemque oppugnat, & eodem ad dedicationem cogit. Varii quidem, & Galerano vita donata, sed sicarii illi variis tormentorum generibus interempti sunt. Non multo post Balachus à Joscelino in acie incognitus occisus caput amisit, anno Sal. 1124. Capta postmodum Tyro urbe, Balduinus Rex centum millibus Michaelitarum redemptus est, postquam menses decem, & octo regno exitus fuisset. *Tyrinus.*

OTHO Longus Brandeburgensis Marchio, Venceslaum III. Boemorum Regem, cui ostentis tutor datus fuerat à Rodolfo I. Cæsare, fecit consensu Boemorum Brandeburgum adduxerat, certum tempus pactus, quo illi restitueret. Jam 15. annis

Vch

A Venceslaus attigerat, cum eum Boemi repetunt. Is pupillum sistere noluit, nisi sexages mille aureorum Boemi repeterent sumptus nomine. Convenit inter omnes, ut quodcumque pecunie contrahere que valeret, quamprimum contraheret, ac pro reliquo debito arces nonnullæ regie Marchioni oppignerarentur. *Dubry. lib. 18.*

ANNO DOM. MCCXII. Ricardus Angliæ Rex Hierosolyma solvens, quod accepisset, Francorum regem Normanniam vexare, & Joannem fratrem ad regnum Angliæ aspirare, in itinere à Duce Austria Leopoldo captus, ac multo auro redemptus est, quo (aliqui tradunt) Nova civitas, aut (ut Cyprianus opinatur) Vienna est muro munita. Traditus est tandem Imper. Henrico VI. qui eum, quod turpi conditione Hierosolymis pacem cum Saladino fecisset, centum millibus marcarum auri punxit. Quibus novas copias instruxit, & illis Apuliam debellavit, Salernum armata manu expugnavit, Calabriam devicit, omnem Siciliam subegit, & parvo negotio Neapoli capta, citra & ultra Pharum regnum accepit. *Cass. Polydor. lib. 14.*

CAROLUS Aurelianensis Dux, ab Anglis, apud quos captivus per annos 25. fuerat, quatuor centenis aureorum millibus datus, postliminio dimissus, ad sua demum remissus est. *Ritius Neap. lib. 3. Franc. Reg.*

JOANN. Dux Burgundie cœ. millibus aureorum se redemit à Turcis, captus ad Nicopolim. *Æmil. lib. 10. Bonfin. l. 2. c. 2.* GUILIELMUS Scotorum Rex ab Henrico III. Anglorum Rege captus, pro liberatione centum milia liberarum Sterlingarum perfolvit: partemque unam præfentem, pro reliqua pignori Cimbriam, Handintoniæque ac Northumbriam dedit. *H. Boet. lib. 13.*

DAVID BRUFFUS Scotorum Rex, ab Eduardo III. Anglorum Rege captus, undecimo post anno, numeratis quingentis millibus marcarum Sterlingarum, præfenti pecunia redemptus est, tantumdem pollicens se pro pensiones daturum, datis in fidem obfidibus, qui penè omnes in Angliæ peste absumpti sunt. *H. Boet. lib. 15.*

JACOBUM I. Scotorum regni hæredem, à Robert. III. patre ad Henricum IV. Anglorum Regem veluti ad protectorem missum, Angli captum per 18. annos detinuerunt. Tandem soluta centum millium marcarum Sterlingarum, parte una præfenti pecunia, pro altera datis obfidibus, liberum abire permiserunt, factis induciis. *H. Boet. lib. 17.*

ERICUS inferioris Saxon. Dux, captus à Sundensibus, quos obfederat, pro redemptione ferrum exfolvit argenti puri marcas sedecim milia. *Cranz. lib. 8. Vand. c. 5.*

ISIDORUS Ruthenus Archiepiscopus Cardinalis, in Constantinopolitano excidio captus à Turcis, & incognitus, ecc. Aspris redemptus, per varios casus Romam rediit, ubi vitam finit sub Pio II. *Garin. lib. 4. de vitis Pont.*

PERMUTATIONE.

Cum Genfericus Vandalorum Rex, Roma direpta, totam Campaniam miserabiliter vastaret, Paulinus Episcop. Nolanæ Ecclesie, vit sanctissimus, & eloquentissimus, profanaque eruditione in primis doctus, nec prophetici spiritus expertus, quum redimendis Christianis captivis centum omnem conlumpisset, videreque viduam captivum filium afflictum lugentem, & lamentantem, tamque immodicas lacrymas pietati admixtas, multo magis plus ipse ferre non posset, cum vidua in Africam, ubi captivus erat filius, traiecit, ibi vicariis manibus redemptum filium matri reddidit. Tandem, quum ejus sanctitas etiam barbarissimis esset hominibus venerabilis reddita, iustus est in patriam cum suis omnibus civibus dono acceptis redire. *Gregor. lib. Dial. 3. & P. Diacon.*

FRANCISCUS I. Gallorum rex ad Papiam captus à Carolo V. Imp. & in Hispaniam abductus, certis conditionibus dimissus est, affinitate etiam cum Carolo inquit, forte ejus Leonora in uxorem ducta. Cautum quoque, ut qua hodie rex dimitteretur, ejus maximis nata F. & præter ipsum Aurelianensem Dux, & Regis secundus, aut XII. Galliz Principes, quos Cæsar nominasset, obfides darentur. Proinde 18. Martii die, anno 1526. Franciscus Rex, prorege Carolo Lanojo & Alarcone, ac circiter quinquaginta equitibus ipsum comitantibus, Ponterabia urbe ad ejus fluminis, qui Galliam ab Hispania dividit, ripam venit. Eodem tempore Lautrechius Bajona egressus, cum duobus parvulis, & pari equitum numero in opposita ripa constitit. In annis medio erat magna navis ancoris firmata, in qua nemo erat. Ad hanc navem rex scapha, in qua Lanojus, & L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

Alarconius & octo alii, omnes brevibus telis armati erant, E accessit, & ad alterum navis latus scapha itidem Lautrechius cum obfidibus, & octo aliis eodem modo armatis contulit. Deinde Lanojus, cum omnibus suis, & rege una eam navim conscendit: idem illic Lautrechius cum octo lociis, ita ut in navi parv utrinque numerus esset, fecit. Estant enim cum Lanojo, Alarco & octo alii: cum rege Lautrechius, & item octo alii. Qui ubi omnes navim conscendissent, Lautrechius Delphinum ex scapha in navim transfudit, qui Lanojo, ab hoc Alarconio traditus, illic in ipso scapham imponitur. Eodemque momento parvus Aurelianus in navim transferebatur. Qui vix in navi fuit, cum rex è navi in suam scapham profiliit, tanta celeritate, ut ea permutatio puncto temporis facta fuerit: atque ad ripam vectus, statim quasi infidias aliquas pertinefecerit, Thracium equum mira pernicitatis ad hoc paratum conscendit, & nusquam subsistens, ad sanctum Joannem Ludium usque, imperii sui oppidum, quatuor Gallicis miliaribus inde retrorum, pervolvit: ibique citissime refectis viribus, eadem celeritate Bajonam contendit, ubi incredibilis totius aulæ lætitia fuit exceptus. *Guid. lib. 16. Hist.*

V. I. A. P. E. R. T. A.

Consule Titul. Fortitudinis in liberandis aliis. Illic Agentis & Libertatis, hic Patiensis seu Liberati habetur ratio.

LOTH nepos Abrahæ, à prædonibus abductus, ab eodem liberatus est mira celeritate. *Gen. 14.*

DAVID uxores duas Achinona Jezraelensis, & Abigail ab Amalechitis in Siceleg. captæ fuerunt, & abductæ. Paulò post tamen à Davide incredibili celeritate hostes conctante receptæ. *1. Reg. 10.*

MINUTIUS Consul contra Volcos, & Sabinos bellum gefens, ab eis in Alguido obfessus, à L. Q. Cincinnato dictatore liberatus. Quare à Minutio, & ab ejus exercitu corona obfidionali donatus est. *Livius.*

M. CALPURNIUS tribunus militum, L. Attilium Collatinum Consulem, iniquo loco à Pœnis circumfessum, sua virtute & opera, trucidatis hostibus, liberavit. *Liv. lib. 19.*

ANNO 1381. Magnus Moscoviæ Dux Livonienum castrum Nehuis in provincia Derptensis acerrime oppugnabat: cui oppugnationi ipsemet cum 30000. armatorum intererant. Præfectus arcis nocte Veneris diem antecedente, infomnis ante aram prostratus, flagrantè corde orabat, ut Deus in tam deplorato rerum statu sibi insigne adesset. Mane factò è precibus exurgens, arcuque arrepto, relum è fenestra propugnaculi in medium exercitum Moscoviticum jaculatus, favente numine, ipsius Magni Principis cor transfixit. Livones ab arce fœe prospicientes, hostes fugientes persequuti, arcem ad perpetuam rei memoriam Deo dicantur, in Basilica arcis ad altare appendunt. *Guag. in descript. Livonia.*

M. I. N. I. S.

Apameensis Episcopus à Bonifac. III. Pp. ad Philippum Regem Francor. missus factæ expeditionis persuadendæ causa, cum nihil precibus impetraret, minas addidit. Eum rex iratus in carcerem conjecit. Sed minis anachematis à Narbonensi Archidiacono intentatis, Episcopus liberavit. *Plat.*

VICTO Antiocho per L. Scipionem, Q. Fabius prætor classis præfectus, ne otiosam ageret provinciam, in Cretam bellum transfudit. Etenim multi Romanorum in ea insula jam pridem servitute serviebant. Ubi classis eò est appulsa, edictum fuit prætoris nomine, ut captivi passim conquisiti ad se cum legatis mitterentur, quibus cum de rebus ad Romanos & Crentenses pertinentibus ageretur. Valerius Antiam annalium scriptor, quatuor captivorum milia ab insularis, minacissimum à Romanis bellum verit. Fabio restituta tradidit. Que popularis provincia effecit, ut Fabio Romam reverso navalis sit triumphus decretus. *Sab. lib. 7. En. 5.*

Bello, quod Ludovicus XII. & Maximilianus I. contra Veneros gessere, captus est ad Sclam Franciscus Gonzaga Mantuanus Marchio ab Epiroticis equitibus Venetotù, in Saginæ agro latens ab agricola proditus, & Venetiis in retrum carcerem conjectus. Jam cum suspicio esset, ne Veneti in sempiterna custodia eum essent retenturi, multis remediis frustra tentatis, ut ad Bajazetum Turcarum Principem, cuius amicitiam Marchio crebris nunciis, variisque muneribus multos annos foverat, confugeretur, in senatu Mátuano decretum fuit. Bajazetus mercatorum Venetorum, qui Perse negotiabantur, præfecto accessit, ut Marchionè liberatum ita promitteret,

A postulat. Ius vero id quod minimè in sua potestate esset, promittere reculas, seque ea de re Venetias, ubi non dubitaret ex eius sententia decretum iri, litteras daturum pollicens; Bajazetes autem, se omnino velle, ut sine exceptione promitteret, imperiosè respondente, coactus fuit polliceri. Quod à præfecto Venetias cum esset per scriptum, senatus tam potentis principis irritandi tempus non esse ratus, eum libertate donare statuit. Verum dedecoris sui regendi, fructuque alienis ex ea re percipiendi gratia, Julii II. Pontificis desiderio aures præbuit, qui ejus opera jam tum contra Gallos & Maximilianum, Venetis reconciliatus, utilis erat. *Groc. lib. 8. c. 9.*

INDIGNATIONE.

C. JUL. CÆS. Consul, M. Catonem sententiam rogavit. Cato rem, quæ consulebatur, quoniam non è Republ. videbatur, petiti non lebat. Ejus rei gratia ducendæ longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem. Erat autem jus senatori, ut sententiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alius rei, & quoad vellet. Cæsar Cosl. viatorem vocavit, eumque, cum sinem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci jussit. Senatus indignandus consurrexit, prosequetur Catonem in carcerem. Hac invidia facta, Cæsar desistit, & mitti Catonem jussit. *Gel. lib. 4. c. 10. ex Capitoni Atteji libro, de Officio senatorio.*

ODIO ALIORUM.

M. Antonius Triumvir Judæos à C. Cassio in servitatem abreptos, liberos esse jussit. *Ioseph lib. 1. c. 20. Antia.*
In gravi illo schismate inter Gregor. VII. PP. & Henricum IV. Imp. Lombardiæ civitates paulatim ab Imp. auctoritate recesserunt, atque auctore Mathilde Comitissa sese Pontifici tradiderunt, per quem regio fuerant sacramento soluta; & novo altero libertatis initio facta, cum eximia alia dignitatis deinceps ornamenta asciverunt, tum militaria multa vexilla, vulgò Carrocia dicta, instruerant, Mediolanensium imitatione. *Sigon. lib. 8. Imp. occid.*

CONVIVIO.

Apud Israelitas, si quis captivæ pulchritudine illectus, eam in uxorem accepisset, postea verò ejus pertæsus, repudiasset: liberam dimittere cogebatur, neque vendere poterat. *Deut. 21.*

C. Bellum grave exarserat inter Ludovicum marchionem Brandeburgensem, & Henricum Dominum de Magnopolis, ob fines ditionum. Captus à militibus marchionis Joannes Holfatiæ Comes, post triennium ea demum lege dimissus, ut acciperet in uxorem Catharinam viduam Joannis marchionis de Brandeburgo. Dos erat redemptio captivitas. *Cronz. lib. 8. Pandol. c. 6.*

MATHIAS CORVINUS à Georgio Podiebrachio Boemorum Rege pacis filie nuptiis dimissus fuit, & ad regnum Hungariæ evectus. *Dubravus.*

APPARITIONIBUS.

GENERICUS Vandalorum rex in Africa, viæo Aspare Græcorum Duce, cum captivos recensendi desiderio teneretur, supra caput Martiani dormientis aquilam passis alis pendere vidit. Eo portento commotus, eum impune dimisit, & si quando id eveniret, quod augurium significabat, sedes ut cum Vandalis iniret, juramento obligavit. *Cædren.*

SPECTRIS.

ISRAELITIS ex Ægypto fugientibus, angelus Domini tulit spectatas, seseque medium inter castra Judæorum, & Ægyptiorum interposuit. *Exod. 13.*

COSROS Sergiopoli obsidente, hinc conditionibus sese dedere cives, ut pro redimenda civitate sacri thesauri darentur. Servarent autem cives Sergii Martyris reliquias in oblonga quadam urve deargentata. Hoc cum ad Cosroem perlatum esset, universum exercitum iratus civitati immisit. Verum subito acies quadam in ambitu civitatis apprensus, acriter pro illa deceravit. Quare visa, exercitus retrocessit, Cosros ea cum admiratione renunciavit. Qui intellecto miraculo martyris Sergii, metu correptus, discessit. *Evagr. lib. 1. c. 28.*

Miraculosa fuit Francorum in castro Heresburg liberatio ab oblatione Saxonum. Nam cum illi ad castrum expugnandum cum impetu accederent, duo scuta supra basilicam sanguine crore flammantia vibrari conspexerunt, tunc à Christianis, tum ab ethnicis Saxonibus. Ea re confirmati illi, hi verò metu perculli, fugam capientes, & furore perciti, mu-

nus armis se confecerunt, anno Dom. 776. *Regino lib. 2. c. 5. Sigberti, in Chronico.*

CUM BALDUINUS III. Hierosolymorum rex, ex Arabia regressus, frustra urbem Bostrensem occupare adortus, eumque Turcæ acriter infestarent, atque in regione via aberrasset: biduo ab equite, qui rubens vexillum præferbat, ductus est. In vexillo autem Crucis signum erat possum, longèque in exercitum anteibat, qui nusquam conspectus est, postquam in columis rex cum copiis in tutum se locum recepit. *Fulg. lib. 1. c. 6.*

TEMPESTATE.

ANNIBALE Romam obsidente, dum parati utrinque in armis signum dimicandi expectant, repente supervenit imber frequentibus procellis effusus: cujus tanta vis, & asperitas fuit, ut cogereur quisque militem in castra reducere. Proximo quoque die, in quem pugna dilata videbatur, rursus in aciem utriusque exeunibus, similis tempestas exoritur, que non minus, quam superior, Romanos pariter ac Pœnos afflixit. Tunc Annibal exclamasse dicitur, modò hinc mentem portandæ urbis Romæ, modò facultatem non dari: in Capium intromissus, catenis vinculum in castra duxit. Inde mox in navim impositus, ut Carthaginem devehetur. Navis vi tempestatis Cyrenas in ditionem Alexandrinorum delata est. Ibi Magus quum ad ad Ptolemæi statum confugisset, Alexandriam ad Ptolemæum est deportatus. Qui, ubi quæ, audivit, vinculis eum liberari jussit, fecitque illi quò vellet abeundi potestatem. *Sab. lib. 3. Enn. 5.*

CLODIARDUS, Clodomiti Francorum Regis filius, cum Theobaldo Clotharicum fratres per infidias à Theodorico Metensium rege trucidati, ob imperii successum videret, cæde elapsus ad aram inspoliati sani, quod asylum vocant, pervenit, ibique reliquum vite tempus summa sanctimonia vixit. *Rixius lib. 1. de Reg. Francor.*

LOCI RELIGIONE, SANCTITATE, LIBERTATE, ASYLIO.

De Asyliis inter Politicæ, & Ecclesiasticæ libertatis loca. Hic tantum exempla eorum, quæ Asyliis suam sunt curam libertatem, asserunt.

Servum fugitivum domino suo alienigenæ dedere, prohibet Dominus Israelitis; sed in medio populi eum habitare, quo in loco maluerit, in quacumque habitationem ei visum fuerit, ei molesti non essent. *Deut. 23.*

Apud Israelitas si quis hominem per imprudentiam occiderit, in aliquo oppidorum persequi fugiebat, & ad oppidum portam asians, apud ejus oppidi Senatoris causam suam dicebat, & illi eum ad se recipiebant, neque dabant vindictam. In eo oppido manebat usque ad mortem summi Pontificis, tunc redibat domum in oppidum suum. *Ioseph. lib. 2. c. 20.*

ADONIAS Davidis F. cum infcio patre regnum ascenderat, Salomonem fratrem in regem electo, ad aram confugit, & cornibus apprehensus, prius avelli non potuit, quam Salomon ei se paritorem promississet. *3. Reg. 1.*

Heraclidæ ex tota Græcia Eurythæi Mycenæum Regis odus pulsi, à solis suscepti Atheniensibus, & Trierynthio urbe, quæ Tetrapolis postea dicta est, donati, primi omnium asylum illi dæuntur constituisse. *Plut. in Theseo, & Sab. lib. 7. Enn. 1. Stat. lib. 1. 2. Thebaidos.*

Fama est, defessos acie, post busta paterni Numinis, Hercules sedem fundasse nepotes. Sic sacrasse loco commune animantibus agris Confugium.

Sacerdotes Ægyptii narrant, Alexandrum, raptam à Sparta Helena, cum renavigaret domum, in mari Ægæo ventis cursu excussum in Ægyptiacum pelagus: atque illic non remittentibus statibus, apullum in Ægyptum, ad ostium Nili, quod vocatur Canobicum, atque ad Taticheas. Erat in eo litore Herculis templum: ad quod si quis conjucumque hominis servus confugiens, capiat sacras notas, sese Deo tradens, eum nefas est tangere. Quæ sanctio ad Herodoti usque ætatem perseveravit. Eam trespiti legem Mancipia Alexandri cum audissent, ab eo profugerunt: assistenteque Deo supplices, rem omnem exponebant, ut circa Helenam gesta erat, & de illata Menelao injuria. Proinde Thonis ostii præfectus Alexandrum vinculum Proteo tradidit. Proteus Helenam reinuit, raptorem intra triiduum Ægypto excedere jussit. *Herod. lib. 2.*

Cum Cylon Theagenis focii sua potentia, & opibus fretus ad tyrannidem aspirans, arce munitionissimam Atheniensium occupasset: ac diuturna civium oblatione, & cibationi inopia coactus, fuga sibi consulisset: arce positi Atheniensis, facti confcios Cylonianos ad aram Minervæ prostratos (quos nulli-

A milites non interfecerant) veniamque suppliciter petentes (cum Megacelis consilium secuti, filium ad statum Minervæ alligatum manibus tenentes, quasi non ab asylo recessissent, in iudicium venissent) impune dimiserunt. *Thucydides lib. 1. c. 5. Plut. in Solone.*

PAUSANIAM Regem Lacedæmoniorum, à suis ob dilatum auxilium accusatum, Tegate supplicem in ara Minervæ receperunt. Templum illud fuit antiqua religio Peloponneso universæ sacrofanctum, neque violari eos fas erat, qui illuc confugissent. Ea sanè religio tunc in Pausania, antè verò in Leotychide Rege, & Chryside est ab Argivis conservata. Nam cum illi supplices se in illud templum, tanquam in asylum, recepissent, ne postulatam quidem est, ut dederentur. *Pausan. in Lacon.*

DEMOSTHENES Athenis fugiens Macedonum arma, in insula Calauria, Peloponneso vicina, Neptuno facta, asylum subivit. Sed majorem vim veritus, venenum ibidem hausit.

DECIUS MAGIUS, civis Campanus præcipuus, cum summa ope oblitisset, fuit frustra, ne Campani à Romanis ad Carthaginenses descenderent, & ab Hannibale accessus in castra dire recussaret: hujusmodi constantia offensus Hannibal, & in Capium intromissus, catenis vinculum in castra duxit. Inde mox in navim impositus, ut Carthaginem devehetur. Navis vi tempestatis Cyrenas in ditionem Alexandrinorum delata est. Ibi Magus quum ad ad Ptolemæi statum confugisset, Alexandriam ad Ptolemæum est deportatus. Qui, ubi quæ, audivit, vinculis eum liberari jussit, fecitque illi quò vellet abeundi potestatem. *Sab. lib. 3. Enn. 5.*

CLODIARDUS, Clodomiti Francorum Regis filius, cum Theobaldo Clotharicum fratres per infidias à Theodorico Metensium rege trucidati, ob imperii successum videret, cæde elapsus ad aram inspoliati sani, quod asylum vocant, pervenit, ibique reliquum vite tempus summa sanctimonia vixit. *Rixius lib. 1. de Reg. Francor.*

CUR.

Ob Prophetiam.

JOSEPHUS historicus ob prædictum Vespasiano Imperium è vinculis liberatus à Vespasiano. *Ioseph lib. 5. cap. 12. belli Ind.*

Post.

C. Athenienses quidam capti à Syracusanis ad Asinarum amnem, fuerunt Euxipidis causa conservati. Nam præter ceteros Græcos desideraverunt illius vestitus, qui Siciliam incolebant. *Plut. in Nicia.*

Fortitudine.

T. SEMPRONIUS GRACCHUS adversus Bruttos, & Lucanos pugnans, cum legiones magna ex parte Volonum haberet, qui alterum jam annum libertatem tacite meruerant: pronuntiavit, cum patenti campo postera die cum hoste collatis signis esset dimicaturus, quicumque caput hostis retulisset, eum se externò liberum justurum esse. Itaque acri coorta pugna, quartam post horam renunciat: Graccho à tribunis militum, nullam rem aliam magis impedire, quam capita hostium pretia libertatis facta. Nam ut quilibet hostem impigre occidisset, primum caput agrè inter turbam tumultumque abscindendo teneret tempus: deinde occupata dextra tenendo caput, fortissimus quique pugnator esse desisset, signibus ac pigris tradita pugna esset. Quo cognito, Sempronius capita proicere jussit, hostemque invadere, nec dubiam fore libertatem fustis viris. Itaque redintegrata pugna, hostes in fugam conjecerunt, & castris exuerunt. *Livius.*

Liberalitatem.

CYRI milites in expeditione quadam ob victus indigentiam commilitonum corpora in cibum veterere cogebantur. At quum Arimaspi curtus frumento onustos ad triginta millia adduxissent, prætere spem ab ingenti calamitate omnes sunt liberati. Quo nomine Cyrus eos libertate donatos, pro Arimaspi Evergetas appellavit. *Diod. lib. 17.*

Religionem.

Apud Judæos moris erat, Paschalis festo unum è vinculis liberare. Pilatus Christum solvere cupiebat. At Judæi Barabam seditionis auctorem postularunt. *Matthæi 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 18.*

Nuptias.

MATHIAS CORVINUS Ungarorum rex anno Salutis 1467. Buda nuptias cum Beatrice Arragonia celebrans, publice hilaritatis gratia, noxios omnes in carcere deprehensos solvit. *L. B. Theatr. vit. Human. Tom. IV.*

lutos misit: præterea alia crimina impunitè donata sunt, & vadimonia à prætore dilata, & debita ad tempus suspensa. *Bonfin. lib. 4. Decad. 4.*

Commilitonum.

CINNA Consul civili bello, cum per præconem edixisset, ut servi ad se confugientes velut ad asylum, liberi forent, illoque ad pileum vocasset, magnas servorum, & perditissimorum manus coegisset. *Alex. lib. 3. c. 20.*

SELERUS Bardas, qui sub Basilio II. Imper. tyrannidem affectarat, ad Cosroem Saracenorum Principem Babylonem confugit, à quo carceri inclusus est. Intraea cum Ignari ductu Saracenorum jugum Persie conarentur excutere, Cosros infeliciter contra illos non semel pugnavit. Itaque desperatione rerum à Romanis in custodia detentis opem consiliumque petit: Sclerum in primis rogans, ut de belli ratione liberè sententiam diceret. Is in primis bellum disuadet, cuius exitus incertus esset. Sed Babylonem instans, utpotè vindictæ cupido, tandem annuit, promittens se molli cum Romanis bellum obitum. Nam supra tria millia ergastulis detinebantur. Qui omnes educti & armati, Sclero duce prælium cum Persis inierunt, ac vicerunt. Redeunt, vincula timentes, quæ prius experti fuerant, sese fugæ commiserunt. Quos Cosros sequutus, plurimos occidit. Sclerus autem, & qui cum eo erant, ubi limites Romani imperii attingit, audiens Phocum (à quo ipse victus erat) tyrannidem potitum, ei se conjunxit, his conditionibus, ut imperium penes Phocam esset, Sclero verò cederet Antiochia, Cælesyria, Phœnicia & Palæstina, cum Mesopotamia. Phocas interea Sclerum circumventum custodia mancipavit, exercitum ejus retinuit, Phoca inde interfecto, carcere liberatus, iterum tyrannidem affectavit. Sed à Basilio pro literatis monitus, sese illi tradidit, & Curopalatæ dignitate ornatus est. *Zonar. & Cedren.*

HEROGLYPHICA.

Quemadmodum auctores nonnulli per manus complexas impedimentum significabant: sic per eas explicatas, Libertatem innuebant. *Pier. Val. lib. 35.*

ONEIROCRITA frontem capillis glabram imaginari, iudicium esse autumant liberationis à molestiis & impedimentis. Quin & Calvarium ipsum, accessus in iudicium, aut supplicium timentibus, effugium ostendit. *Idem Pier. lib. 32.*

Pileum etiam pro Libertatis hero glyphico ponunt. Passim enim in numis videas Pileum ipsum cum inscriptione: Libertatis. *Vide Pier. Val. lib. 40.*

Libertos manumissione accepta, alba veste decorari solitos, id ostendit, quod apud Tertullianum legitur de famulo libertate donato. Atqui & vestis albæ nitore, & aurei anulii honore, & patroni nomine, ac tribu, mensura honoratur. *Idem ibid.*

* LIBERTAS CHRISTIANA.

QUE, ET IN QUO SITA.

Secundum Hæreticos.

Hæreticorum recentiorum sententia est, Libertatem Christianam, quæ populum fidelem novi Testamenti à veteri Synagoga fecerit, quamque per Christum accepimus, in eo consisti, quòd homo justus immunis sit à debito legis divine implendæ coram Deo, sic ut omnia opera illius sint indifferentia, neque præcepta, necque vetita. Rationem assignant, quòd eadem legis opera ab homine nullo modo fieri posse contendunt. Ideoque solam fidem ad justitiam necessariam clamant. *Luther. lib. de Libert. Christi. & in H. ferm. de Moyse, Calvinus lib. 3. Instit. cap. 19. §. 2. 4. & 7.* qui tribus in rebus Christianam Libertatem ponit. Primum in eo, quòd ubi fiducia quaeritur justificationis, nulla aut legis aut operum ratio habeatur. Deinde in eo, ut bona opera non fiant tanquam ad regulam legis examinanda, sed tanquam à Deo certò acceptanda, quæcumque tandem sint. Denique in eo, ut rerum omnium extemurum usus habeatur pro indifferenti, easque omittere possit. Ex qua doctrina quis non videt, quantum æquor ad omnia flagitia aperiatur, cum nulla opera ad salutem necessaria exigantur, & lex impleri non posse asseritur?

SECUNDUM CATHOLICOS.

Hæretici libertatem Christianam ponunt in hoc, quòd nulli legi obligari nos in conscientia velint, Christumque habeant pro redemptore, non verò pro legislatore, adeò ut neque decalogus ad eos pertineat. Quæ libertas cum sit admodum profana, est diabolii potius, & peccati voluntaria servitus, quam Libertas Christiana.

A Itaque Libertas Christiana sive Evangelii, in eo sita est, quod amore, & spiritu nos ducat ad promptè Deo Legique obediendum.

Secundò, quòd nos doceat Deum in spiritu, & veritate colere, quòd libervint omnes illius ceremonie, nosque ad illum libere accunt, & excitant. Tantum ergo abest, ut Christiani Legis observatio non teneantur, ut Christus dixerit, eam esse viam ad æternam vitam, & præceptum dilectionis in quo totus Decalogus comprehenditur, ut à quo universa Lex & Prophetæ pendent, maximum & primum à Domino præceptum enuntiat; imò & Apostolis, universæque Ecclesiæ commendatur, dicente illo: Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, Ioan. 15. & 13. Decalogus idem explicat & approbat, Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18. imò venisse se declarat non legem solvere, sed adimplere, Matth. cap. 5. videlicet ejus vim explicando, & observari distictim præcipiendo. Lex enim sancta, ait Paulus, & mandatum sanctum, iustum & bonum, ad Rom. 7. & Consentio, inquit, legi, quia bona est.

Quin Christus in iudicio dicitur esse iis qui opera misericordie non fecerint, Et maledicti, &c. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, Matth. c. 25.

Igitur Libertas Christiana non est nisi ab obedientia Decalogi, Legum, Principum, Superiorum, neque ab operibus bonis, puta Satisfactionis, & Pœnitentiæ, aut votorum vinculis, ut volunt heretici damnati à Concil. Trid. sess. 6. cap. 19. 20. 21. cum ea sit libertas irrationalis, animalis, & turpis: sed liberat nos à servitute legis veteris, peccatorum, & demonis in hac vita: concupiscentiæ, miserix, & mortis in altera.

Videat Lector eruditum Tractat. Ioan. Lenfci, & Driedonis pro eodem argumento. Bellarm. Tom. 3. lib. 4. cap. 5. de Iustificatiõne, & Commentatores in cap. 5. Epist. ad Galat. & primam Can. S. Petri.

LIBERTAS RELIGIONIS.

Vide Religio: ubi & insigne illius descriptionem habet versus conceptum.

• Libertini.

QUINAM SINT.

M Eminent in actis Apostol. c. 6. Lucas, inter eos, qui B. Stephanum disputando aggrediebantur, surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum; eosque sic vocatos S. Chrysost. censet, qui à Romanis erant libertate donati.

Oecumen. addit rationem nominis, quia fortassis essent à Libya sive Livia Angusti conjuge percelebri, & ab eo adamata, quæ vicem ei rependit, ad sepulchrum ejus tolerant animo perleverans. Beda significari arbitratur filios Libertinorum, qui post servitutem manumissi, ac libertate donati sunt, eaque una omnium Synagoga.

Itaque omnium consensu, Libertini erant Romani, ex his qui Romam abducti captivi, libertate ibi donati fuerant, quorum meminit Philo lib. de leg. ad Cæsum.

Libertini autem & Liberti apud Jurisconsultos distinguuntur, ut hi dicant respectum ad patronum, alii verò ad ipsam conditionem: quomodo dicimus quosdam ingenios. Tam consilia mansit utroque significatio, & notantur quatuor illorum genera, Romanorum, Latinorum, Junianorum, & Deditiorum. Lib. 1. Instit. Tit. 5.

Nomus in collect. profan. historiar. quæ habentur in prima ar. Nat. an. contra Julian. docet, Athenis in Cynofarge iudicium fieri solummodo simul de Nothis, & Libertinis, an omnino libertate donati essent, & nothorum nomen ipsi communicatum per conparationem ad ingenios.

Cæterum Bedæ & Glossæ observatio mystica habet, de servili stirpe procreatos, qui primi adversus Christi fidem rebellantur, ac denotatos hereticos, qui libertatem quam supra populum, admittunt & permittunt; ideoque eos vocat servos corruptionis. B. Petr. 2. Epist. c. 2. vers. 19.

Libertini itaque quos hereticis annumeramus, nisi quòd omni hæreticorum colluvie isthæc conveniat appellatio, sunt qui verbum Dei scriptum tanquam litteram occidentem respiciunt, solumque spiritu interno dicente, nos regi volunt: hominemque liberum à lege, sic ut nulla illius transgressione peccare possit, statuant, omnesque humanas leges abolent, tanquam non obligatorias, & manes.

Suadent igitur ipsi omnem deponendam conscientiam, & nec eam formandam in quo cumque tandem crimine, ut potest, qui tunc homines tantum peccare contendunt, quando in re quam faciunt, sibi conscientiam, & scrupulum peccati formant; & ad suum errorem traducunt locum Pauli 1. Corinth. 8. ubi dicit, quorumdam conscientiam infirmam, nempe eorum, qui in fide non plene instructi circa Idolothyta. Videantur interpretes in illum locum.

Liberti.

FACTI EX SERVIS.

Consule Locum superiorem de Libertate. Sub finem. Tit. Libertas considerata respectu persona.

• Liberum Arbitrium.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

D E nomine Liberti Arbitrii inter Doctores queritur, cui facultati, five potentie sit tribuendum, cum alii conjunctionem iudicii, rationis, & electionis voluntatis eo indicari arbitrentur: alii autem tantummodò rationis, id est, iudicio illud attribuant. Sed verior est sententia illorum, qui per liberum arbitrium solius voluntatis actum significari docent; nam is solus verè & propriè est liber: estque hæc sententia S. Thomæ 1. p. q. 83. art. 2. ad 2. & Sanctior. Patrum, qui ad nomen (arbitrii) addunt nomen voluntatis, appellantes liberum voluntatis arbitrium. Ita Ambr. lib. 2. de fide, cap. 3. August. lib. de grat. & lib. arbit. cap. 2. Lib. 5. de Civ. cap. 9.

Definitur autem à variis variè, quævis in idem omnia recidunt, & quidem in generali definitur esse naturalis potentia ad eligendum: eligere autem est unum præ alio acceptare ex iis, quæ sunt in nostra potestate. Potentia autem de qua loquimur, est eadem cum ipsa voluntate, ac solum ratione ab illa distinguitur. Est enim voluntas, quæ formaliter libera est, & per quam domini efficiamur ad actionem nostram. Unde cum liberum arbitrium dicitur aliquando facultas intellectus, & rationis, intelligitur rationis, ut radices & origines, quia origo libertatis ab intellectu est: non subiecti, in quo formaliter sit.

Ex doctrina verò S. Thom. & Scholasticorum definitur, quòd sit potestas ex his, quæ ad aliquem finem conducunt, unum præ alio eligendi, aut unum, & idem acceptandi, vel pro arbitrio respuendi, naturæ intelligenti ad Dei gloriam attributa.

Quæ quidem definitio naturam, & proprietates Liberti arbitrii exponit. Forma five ratio ipsius est, quòd sit potestas libera: subiectum verò, cum additur, intelligenti nature: objectum, in his quæ ad finem aliquem conducunt. Siquidem versatur liberum arbitrium circa media: cum eadem potentia rationalis appetendi, ut finem respicit, dicitur voluntas: finis denique, cuius gratia liberum arbitrium nature intelligenti attributum, cum dicitur, Ad magnam Dei gloriam.

Non est autem instituti præsentis subtiliores de hac re quaestiones intexere, cum eorum difficultas ad Theologos pertinet, & res ipsa, quam liberum vocamus arbitrium, ita omnibus sit cognita & aperta, ut ea nulla ratione homini esse negari queat, nisi iumentis insipientibus eum comparare hinc soluerit.

SCRIPTORES.

Ex Scriptotibus Catholicis infinitos prope reperire est, qui hoc argumentum pertractant. Et primum ex Grecis veteribus, Origen. in lib. 3. de principiis, Eusebius Cesariensis, in toto lib. præparat. Evang. S. Basil. in orat. de lib. arbit. & in a. lia. de causa mali, S. Greg. Nysson. lib. 5. 6. 7. & 8. de Philosophia, S. Ioan. Chrysost. in quinque orationibus, de Provident. vel fato, S. Ioan. Damascen. l. 2. de fide Orthodoxa, cap. 25. & seq.

Ex Latinis antiquis, S. Aug. in tribus de libero arbitrio, & in alio de gratia & libero arbitrio, S. Prosper in libro de libero arbitrio ad Rufinum, Faustus Regiensis in duobus libris de libero arbitrio, Boetius Severinus in lib. de consolatione Philosophia, S. Anselmus in libro de concordia gratiæ & liberi arbitrii, & in Dialogo de lib. arbitrio, S. Bernardus in libro de gratia & libero arbitrio, Petrus Lombardus in lib. 2. Sentent. dist. 24. & 25. & cum eo Doctores Theologi, qui Scholastici dicuntur.

Ex recentioribus, qui propriè contra hæreticos nostri temporis pro liberi arbitrii defensione scripserunt, multi nume-

A numerari possunt. Eorum, quos videre potui, nomina per Alphabeti ordinem adscribam. Albertus Pighine scripsit lib. decem de libero arbitrio. contra Calvinum. Alphonsus à Castro lib. 9. adversus hæres. eandem materiam tractat. Item eandem Andreas Vega lib. 2. in Conc. Trid. cap. 12. & seq. Bartholomæus Camerarius in lib. de libero arbitrio. Conradus Clivius in locis communibus, lib. 1. cap. 5. & seq. Censura Coloniaensis contra Monhemium, art. 3. Diegus Payera lib. 4. Instit. Dominicus Soto lib. 1. c. 27. & seq. locorum Catholicorum. Franciscus Ferraricus in lib. de Evangelica libertate, c. 1. & 2. Hieronymus Hangeus in libro de libero arbitrio. Ioannes Latomus contra artic. 2. Lutheri. Ioannes Clocheus in lib. de libero arbitrio. Ioannes Drieda in lib. de concordia liberi arbitrii & prædestinationis, & in libro de gratia & libero arbitrio & prædestinationis, art. 7. Lovanienfium. Thom. Vualdens. Tom. 1. lib. 1. cap. 28. & seq. Gulielm. Lindanus lib. 3. Panoplia, cap. 14. & seq. Omittio illos, qui Metaphysicam commentatis suis illustrant.

ERRORES HÆRETICORUM

Circa materiam de libero arbitrio.

Hæreticorum nostri temporis impietas cò dilapsa est, ut ab homini arbitrii libertatem tollant, quòd licentius in omnia seclera ferant. Idque non tantum in iis operibus quæ pertinent ad salutem, five in actionibus piis & salutaribus; neque tantum in moralibus, sed etiam in naturalibus, & civilibus, idque propter statum naturæ corruptæ. Ideoque Calvinus nomen Liberti arbitrii optat tolli de medio, Lib. 2. Instit. c. 2. §. 4. vocatque universi non liberum, sed servum arbitrium. Docet hunc errorem Luth. art. 36. assert. ubi omnino illud tollit, & dicit inquit, ideoque adversus Erasmus scriptis de servo arbitrio.

Melancthon in locis comm. editis ann. m. d. cxxi. & in comm. cap. 8. Ep. ad Rom. fuitque hæresis Simon. Magi, Manichæi, Priscilliani, & similis farinæ. Idem sentiunt. Matth. Illyr. cent. 2. cap. 4. col. 59. Ioan. Brent. in Apolog. pro Confess. sub Vrirentib. Ioan. Calv. Lib. 2. Instit. cap. 2. §. 2. cap. 3. §. 11. 17. & deinceps.

DOCTRINA, ET VERITAS CATHOLICORUM.

NON ESSE MUTANDUM NOMEN LIBERTI ARBITRII IN SERVUM ARBITRIUM.

Hæretici tollentes omnem libertatem Christianam, consequenter ex Libero Arbitrio. Servum Arbitrium faciunt, monstròsa illius nominis appellatione, quam nec veteres unquam, nec recentiores Theologi agnovērunt. Fatetur id Calvinus ipse Lib. 2. Instit. cap. 2. §. 4. cum dicit, apud Latinos semper nomen Liberti arbitrii existisse, & Græcos verò arrogantiùs ut passim vocabulum adhiberent.

Lutherus, ut solet, impudenter dicit, vocem Liberti arbitrii demone magistro in Ecclesiis invecdam.

Attamen Patres omnes hoc nomen usurpant, & milles ut ita dicam, in ipsorum libris reperitur, sic ut remarium sit velle inducere eam vocis novitatem, præsertim cum salutaritatem impoitet, videlicet servitutem, cum summa sit in homine, etiam post lapsum, libertas ad eligendum hoc præ alio, ut statim ostendetur. Unde Num. 30. legimus: In arbitrio viri erit, ut faciat, vel non faciat. Si contendat ideo non esse tunc eo nomine, quòd in Scripturis non reperitur, infirmum est argumentum. Neque etiam nomen Trinitatis in iis reperitur, uti nec plura alia in Ecclesia usitata. Denique controversiæ de libero arbitrio duntaxat extorret fuerunt post conditas Scripturas: unde perperam nomen illius in ea quaeritur.

LIBERUM ARBITRIUM REPERIRI IN ACTIONIBUS NATURALIBUS ET CIVILIBUS.

Confirmat hanc veritatem quotidiana rerum humanarum praxis & experientia, hominem post lapsum habere potestatem eligendi res diversas, & faciendi multa quæ non facit, & e converso quòd appetissimè convincit, esse in homine libertatem, ut pro arbitrio faciat, vel non faciat. Idque libertate, quam vocant à necessitate: illam enim hæretici rejiciunt.

Ita Deus Num. 30. In arbitrio Viri erit, five faciat, five non faciat. Agit autem de voto uxoris, quod marito incipio emittit.

Isue c. 24. proposita voluntate & præceptis Dei universo populo: Opto, ait, vobis datur: eligit hodie quod vobis placet.

Cum David Deum offenderet, ed quòd numerasset populum suum, missus est Gad Propheta, qui diceret: Trium tibi datur optio, elige unum quod volueris, ut faciam tibi. Aut septem annis veniat tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, & illi te persequetur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera. 2. Reg. 23.

Sic ad Salomonem dixit Deus, Postula quod vis, ut dem tibi.

Sufanna etiam, Angustix mihi fuit undique, & quid eligam, ignoro. Dan. 13. Et de virto Iusto in generali dicit Sapiens: Qui potuit transgredi, & non est transgressus. Eccles. 31.

Ananæ & Saphiræ, postquam defraudaverant de pretio venditi agri, dicit S. Petrus, Nonne manens tibi manebat, & venundatum erat in tua potestate? Act. 5. q. d. Non poteras agrum tuum non vendere, & venditi pretium retinere?

Christus Matth. 19. dixit Adolescenti querenti: Quid faciendo vitam æternam possideo? Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Et iterum: Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, &c.

Quibus testimoniis adjungi poterunt omnia, quæ involvunt reprehensionem cum interrogatione. Item omnia præcepta, consilia, & laudes Sanctorum.

Loca Patrum videantur apud Bellarm. l. 4. c. 9. de grat. & lib. arbitrii. Unum adducemus Cyprian. lib. 1. Epist. ad Cornel. Homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibi met ipsi vel mortem appetit, vel salutem.

S. verò August. l. de duobus animab. cap. 11. scribit, hoc cantari à pastoribus in montibus, à Poetis in theatris, ab indoctis in circulis, à doctis in Bibliothecis, à magistris in scholis, à Pontificibus in templis, à genere humano in orbe terrarum.

Idem fuit iudicium Ethnicorum & Philosophorum, ut fatetur ipse Calv. lib. 2. Instit. cap. 2. §. 2. & testimonium eorum congerit Euseb. l. 6. de præpar. Evang. c. 6. & 7.

LIBERUM ARBITRIUM REPERIRI IN MORALIBUS.

Hominem in statu naturæ corruptæ esse præditum libero arbitrio quoad moralia, veritas Orthodoxa docet. Siquidem homo voluntariè peccat, & non necessariò; ut constat. Si enim peccatum esset necessarium, non esset peccatum: Si est voluntarium, vitari potest. Deinde si tollas libertatem, nullus erit præmi, aut pœnæ locus. Ita ratiocinantur Chrysof. & Hieron. Tertio, sublata arbitrii libertate, omnes futuri sunt boni, vel omnes mali: nunc autem constat, unum alio esse meliorem, ut probant omnes penè parabole Evangelicæ: dicitque per Prophetam Deus Psalm. 36. Declina à malo, & fac bonum.

Ad hæc omnia præcepta, quibus aliquid homini injungitur faciendum aut non faciendum, arguunt arbitrii in eo Libertatem. Nam cum præceptum omne fit regula vivendi, frustra proponitur ei, qui deicere eam non potest. Adduci hæc commodè poterunt testimonia, quæ ad confirmationem superioris §. retulimus.

Quibus adde, quòd Deus dicat Israeli: Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est.

Et alibi minatur mala Populo, quòd noluisse obedire, & acquiescere mandatis suis, Num. 15. & aliàs frequenter.

Sic Christus dicit habitatoribus Ierosolymæ Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, & non uliisti?

Pari modo Stephanus Synagoge Iudeorum exprobat, quòd semper resisteret Spiritui sancto. Act. 7.

At omnium luculentissimè id indicat verbis Dei ad Populum olim, Dent. c. 30. Testes invoco hodie caelum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas, & semen tuum.

Testimonia 10. Patrum refert Albert. Pighius lib. 2. de lib. arbitrii. aliorum verò, tam Græcorum, quam Latinor. Bellarm. sup. cap. 24. lib. 5.

IN OPERIBUS AD SALUTEM PERTINENTIBUS.

Quamvis homo in iis rebus quæ ad salutem pertinent, sine auxilio gratiæ divini nihil valeat efficere, tamen per gratiam prevententem excitatus, & à Deo adjutus, ita operari valet, ut etiam posset non operari. Contrarium docuit, sed retractavit, Lutherus lib. qui inscribitur, Operationes in Psalm. Ioannes Calvinus & Kemni. docent, voluntatè nostram in operibus pietatis sic agi à Deo, ut nequeat non agere, & non aliter